

**Die 26 Martii
seu Dominica II post Pascha**
S. LUDGERI
EPISCOPI ET CONFESSORIS
Protoepiscopi Monasteriensis
 (dupl. I. class.)

INTROITUS*Sir 45, 30; Ps 131, 1*

Státuit ei Dóminus testamento pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótiu dignitas in ætérnum. (**T. P.** Alleluja, alleluja.) **Ps.** Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetudinis ejus. **℣.** Glória Patri.

ORATIO

Deus, qui beátum Ludgerum confessórem tuum atque pontíficem hodiérna die suscepísti atque remunerásti: concéde propítius; ut qui ejus gaudémus méritis provocémur exémplis: et ejus intercessióne veniam et vitam mereámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

LECTIO *Sir 50, 1-8*

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecce sacérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum: et in diébus suis corroborávit templum. Templi étiam altitúdo ab ipso fundáta est: duplex aedificatio, et excélsi paríetes templi. In diébus ipsius emanavérunt pútei aquárum: et quasi mare adimpléti sunt supra modum. Qui curávit gentem suam, et li-

berávit eam a perditioñe. Qui præváluit amplificáre civitátēm; qui adéptus est glóriam in conversatióne gentis, et ingréssum domus et átrii amplificávit. Quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. Et quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nébulas glóriæ, et quasi lília, quæ sunt in tránsitu aquæ, et quasi thus rédolens in diébus æstatis.

Tempore per annum:**GRADUALE** *Sir 44, 16. 20*

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo.

Ps. Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Tempore Septuagesimæ:**TRACTUS** *Ps 111, 1-3*

Béatus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. **℣.** Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur. **℣.** Glória et divítiae in domo ejus: et justitia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Tempore Paschali:**ALLELUJA***Ps 109, 4; Eccli 44, 16*

Alleluja. Alleluja. Jurávit Dóminus et non pænitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melichíse-dech. Alleluja. Ecce sacérdos

magnus, qui in diébus suis plá-
cuit Deo. Allelúja.

In Missis votivis extra tempore septuagesimæ vel paschalis dicitur GRADUALE ut supra et Alleluja cum ȳ. Ecce sacerdos tantum.

EVANGELIUM Mt 5, 13-19

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Mattháeum.

In illo témporte: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terraे. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus, qui in domo sunt: Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et glorífacent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvere le-
gem, aut prophétas: Non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis: donec tránse-
at cælum et terra, iota unum, aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mí-
nimis, et docúerit sic hómines, míminus vocábitur in regno cælórum: Qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur

in regno cælórum.

CREDO dicitur in sollemnitate et in Dominicis tantum.

OFFERTORIUM Ps 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (T. P. Allelúja.)

SECRETA

Hæc sacra, Dómine, quæ pro venerándis beáti Ludgéri Confessóris tui atque Pontificis déférimus méritis, peccatórum nostrórum víncula solvant: et ejus obténtu ab ómnibus tueántur advérsis. Per Dóminum nostrum.

COMMUNIO Ps 88, 25

Béatus servus, quem, cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem: Amen, dico vobis, super ómnia bona sua constitúet eum. (T. P. Allelúja.)

POSTCOMMUNIO

Pignus perpétuæ salútis su-
mémentes, cleméntiam tuam,
omnípotens Deus, humíliter im-
plorámsus: ut beáto Ludgéro
Confessóre tuo atque Pontifice
interveniénte, cælestis vitæ præ-
mia consequámur. Per Dómi-
num nostrum.